HIERONYMUS. BEDA VENERABILIS
Admont, 12. Jh. Seite 76v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26202
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Ipse morietur quia non habuit disciplinam. et multitudine stulticie
sue decipietur. Quia multa de adulteris vel hereticis disputaue
rat amore suo inclausula narrandi qualis sit talium finis osten
dit. i. qui ad mortem tendant eternam qui disciplinam detestati sunt uite.
patrib Multitudine stulticie dicit. cum heretici se sapientiores scis. autu
mant. vel cum opera tenebrarum facientes iniquitatem. aut dominum hoc non
uidere. aut se facile eius iram putant posse tolerare. Fili mi
si spoponderis pro amico tuo. defixisti apud extraneum manum tuam.
In promptu est litere sensus. quia suadet ei qui spopondit pro amico. ut
ipsum amicum sollicitus admoneat. quatenus reddita pecunia quam de
bet creditori. et se ipsum liberet. Allegorice autem in hac periocha
doctorem. Porro insequenti uacantem quemlibet ut se gerere debe
at instruit. Dicitur enim preceptori. Si spoponderis pro amico tuo.
defixisti apud extraneum manum tuam. Quod est aperte dicere. Si animam
fratris in periculo tue conuersationis acceperis iam ligasti mentem apud curam
sollicitudinis quam ante deerat. Inlaqueatus es uerbis oris tui. et
captus propriis sermonibus. Quia dum commissis tibi cogeris bona predi
cando dicere. te ipsum prius necesse est quem dixeris custodire. Fac ergo
quod edico fili mi. et te ipsum liberam quia incidisti in manum proximi
tui. discurre festina suscita amicum tuum. Sonum dat oculis
qui subditorum curam omnino neglegit. Dormitat autem qui quidem rep
hensibilia eorum gesta cognoscit. sed hec propter mentis tedium digna in
uectione non corrigit. Eruere quasi damula de manu. ~~de manu~~.
Quasi auis de insidiis aucupis. Quantum auis de laqueo vel damula
de manu captantis querit euadere. tantum nitere ut auditori tuo
salubriter instituto. ipse a sponsione uite eius liberum reddaris. vel certe
quia damula mundum natura est animal. uelox cursu uisuque acer
rimum. unde et greci ANOTOY. DEPKECIN. i. auiuendo dorcas
nuncupatur. Auis autem uolando alta petere consueuit. cum indocendis

Non tantum ipse bene uiuendo uigilare memento. sed et illum cui preest a peccati tor
pore predicando disiunge. Non dederis somnum oculis tuis. nec dormitent
palpebre tue.